benediction d'Iſaac a Iacob. Iacob voit les anges mōter et dec. Ioseph recoit ſes freres.

Moïſe retiré des eaux

Voit le buiſſō ardet

Moiſe rōpt les 2. table

Amalecites deff. Moiſe priant.

Magna opera Domini: exquiſita in omnes voluntates eius.
Confeſſio & magnificentia opus eius: et iuſtitia eius manet in ſæculū ſæculi.
Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors et miſerator Dominus: eſcam dedit timentibus ſe.
Memor erit in ſæculum teſtamenti ſui: virtutem operum ſuorum annuntiabit populo ſuo.
Vt det illis hęreditatem gentium: opera manuum eius veritas et iudicium.
Fidelia omnia mandata eius: confirmata in ſæculum ſæculi, facta in veritate et æquitate.
Redemptionem miſit populo ſuo: mandauit in æternum teſtamentum ſuum.
Sanctum et terribile nomen eius: initium ſapientię timor Domini.
Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in ſæculum ſæculi. Gloria Patri &c.
Añe. Fidelia omnia mandata eius: confirmata in ſæculum ſæculi.
Añe. In mandatis. Pſeau. 111.
Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis.
Potens in terra erit ſemen eius: generatio rectorum benedicetur.
Gloria & diuitię in domo eius: & iuſtitia eius manet in ſeculū ſeculi.
Exortum eſt in tenebris lumē rectis: miſericors, & miſerator et iuſtus.
Iucundus homo, qui miſeretur, et

faict des prodiges deuāt Phar. maſſacre des prem.rs nés d'Ægypte. l'armée de Pharaon abysmé.

Serpent d'airain exposé. Lange menaſſe Balaam. murs de Hiericho tōbent en ruine.

cinq rois pendus.

Iedeon deffait les Madiānites.

arrache les colones du Cenacle

Samson rasé par Dalila

commodat, diſponit ſermones ſuos in iudicio: quia in æternum non commouebitur.
In memoria ęterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius ſperare in Domino, confirmatum eſt cor eius: non commouebitur donec deſpiciat inimicos ſuos.
Diſperſit, dedit pauperibus iuſtitia eius manet in ſęculū ſęculi: cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit et iraſcetur dentibus ſuis fremet et tabeſcet, deſiderium peccatorum peribit.
Gloria Patri. Sicut erat. &c.
Añe In mādatis eius cupit nimis
Añe. Sit nomen Dñi: Pſeau. 112.
Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini.
Sit nomen Domini benedictum: ex hoc nunc, et vſque in ſęculum.
A ſolis ortu vſque ad occaſum: laudabile nomen Domini.
Excelſus ſuper omnes gentes Dominus: et ſuper cęlos gloria eius.
Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat: et humilia reſpicit in cęlo, et in terra.
Suſcitans à terra inopem, et de ſtercore erigens pauperem.
Vt collocet eum cum principibus: cū principibus populi ſui.
Qui habitare facit ſterilem in domo,

Iephte ſacrifie ſa fille. Renards de Samſon bruſlēt les bledz. Samſon enleue les p. de Ville.